

Viro celeberrimo Doctissimoque
Andrea Mayer

Samuel Klingenschierna
S. p. d.

Literas tuas d. XII. Aprilis ad Collegam mihi, dum viveret, conjunctissime
^{cl. and. Celsium}
mam, datas, ipse paucis ante obitum diebus in manus mihi tra-
didit, ut cum ipse ob morbi vim non posset, ego, quae ^{re} essent, cu-
rarem. Optasset sine dubio, optassem quoque & ego, ut illius
potius quam meo responso de negotiis ejus cura committi certior
fieres; ceterum, quia inimica factorum vis id volat, viro nimirum
de Astronomia & hac Academia proclare merito d. 25 hujus men-
sis post diutinos langvores ex febre hectica onerosis rebus humanis
crepto, mearum ego parvium existimari, illius vices subire, tibi que
quatenus licet, satisfacere.

Cometa novissimus, a die 13 Decembris, ni fallor, ad finem usque
apparitionis, fidere hoc radios Solares subeunte, a D. Celsio observatus
fuit, summa cum cura; & quoniam loca fixarum, quas proterere,
idus est hic Cometa, in Catalogis fixarum accurate sunt determina-
ta, id tibi sumserat Celsius, ut ex tribus locis Cometa observatis, or-
bitam ejus Parabolicam determinaret, Calculos credo ad finem
perduxit, quos propediem expectabimus tui publicae donationis eorum
cura, quorum auxilio in iis ponendis usus est. Hoc interea, ut
ex ejus ore acceptum tibi narrare possum, Cometen fuisse directum,
Perihelium inter orbitas Veneris Mercuriique constituisse, & com-
paratione facta cum Catalogo Cometarum Halleyano, hunc nostrum
cum nulla hactenus observato quoad elementa orbitam determi-
nata coincidere, ut omnino novus haberi debeat. Quampro-
pterea haec omnia lucem videbunt, exemplar tibi mittam,
quod scio tibi non futurum ingratum,

Mercurium

Mercurium in Sole, unicus tantum momento heic observare licuit,
 invito sub. caelo, ut haec calamitas Tibi nobiscum sit communis.
 Sed bene habet, quod Cl. Bossius faventiorē aëra expertus sit,
 cujus observationem, ut a viro exercitato profectam avicē expe-
 ctamus, una cum Dissertationibus de electricitate, quas huma-
 nissime promittis. Dissertationes de eodem argumento heic ha-
 bita sub meo prosidio nihil novi continent. Conscriptae sunt
 a Respondente, qui id sibi duntaxat sumpsit, ut in compendium
 mitteret, quae a Dnis de Fay & Gray sparsim traduntur
 in Commentariis Academiae Scientiarum & Transactionibus Phi-
 losophicis. Qualescunque tamen sunt, ^{cas} Tibi quantoocius transmitti
 lam.

Instrumenta, quae desideras sunt, si a Celsis narrata re-
 cordor, Quadrans Astronomicus, Micrometrum cum tubo, Baro-
 metrum, & Thermometrum. Si vis plura, aut si quid circa
 haec monenda sunt, fac quaeso me certiorē, ut artificem,
 qui Holmiae habitat, possim urgere. Vitrorum artifices neque
 heic neque Holmiae ulli sunt. Sed dabo ipse operam ut
 habeas optima. Sunt enim jam aliquot anni, ex quo vitris
 opticis fabricandis horas successivas ipsel' insumpit, & jugi exer-
 citio id adeptus sum, ut mea Anglicis bonitate non cedant.
 Sed Tubus septupedalis vel octupedalis, licet Micrometro aptissi-
 mus, eclipsisibus Satellitum Jovis observandis non convenire vi-
 detur, quas longioribus Tubis ^{16 vel 18 pedd.} observare solent Astronomi. Nec
 a solita tuborum longitudine recedendum est, praesertim in ex-

linorum

(ob motus sui tarditatem & penumbra Jovis majorem in majori distantia latitudine
 limorum satellitum eclipsibus observandis, quae) longioribus tibus
 serius evanescent & citius in conspectum redeunt quam brevis,
 ribus, imprimis quando umbram oblique subeunt, vel ex eadem
 emergunt. Quare si Tibi ita videbitur, mittam vitra huic
 usui accommodata. De Tubo ipse videbis.

Qua de Veidlers, Kriesio & Heinsio Scribis, male. In hac
 Astronomia statu, ubi pro paucis tantum secundis minutis
 laboratur, praestat sane tempus somno transigere, quam
 observationibus minus exactis Tibi aliisque inutile negotium
 facessere. Gaudeo eandem Tibi esse mentem, & exactissimas
 a tua fide & industria expectamus observationes, imo & fi-
 denter nobis pollicemur.

Quis futurus sit nostri Observatorii post Celfium nobis ere,
 ptum status, haud bene novi. In penuria fortassis peritionis
 haec sparta in me devolvetur. Quod si fiat, nulli labori in ea
 digne ornanda paream. Rei dignitas & fama antecessoris rem
 languide agi non permittunt. Uteunque res cadat, ad qua-
 nis officia ^{Tibi} praestanda, futurus sum paratissimus. Vale.
 Dabam Upsaliae d. 27. Aprilis. St. v. 1744.